UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini

**Albertus <de Padua>**

**Vlme, 1480**

Tertia pars

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30888**

Visual Library

erat in eis qui postea ab eis recessit qñ mactauerunt agnum in
figura xpi· ⁊ liniti sunt eius sanguine· ⁊ qñ in monte legem ac
ceperunt: ambulabat ꝑ loca inaquosa: loca inaquosa arida sũt
Et ideo in Mat· scriptũ est ꝑ loca arida. Loca ista arida fuerũt
gentilium corda ⁊ paganoꝝ· que nullo erãt grẽ imbre irriga
ta· talia corda ꝑambulauit diabolus ritũ ydolatrie· ⁊ criminuz
maculas immittendo: querens requiez: non enĩ potuit quiescere
in iudeis· ⁊ ideo querebat sibi requiem in gentilibꝫ. Deiñ osten
dit reditũ demonis: ⁊ nõ inueniens dicit: Nam ſm Rabanuz
putabat diabolꝰ se ꝑpetuaz q̇etez hr̃e in gentibꝫ· ꝫ apparente dei
filio in carne qꝛ gentilitas credidit· ideo in eis quiescẽ non po
tuit. vnde dic̃: Reuertar in domũ meã vnde exiui: i· ſm Hier
Non possum quiescẽ in gentibus· sed habeo iudaicam domum
vnde exiui tꝑe moysi· ad illos volo reuerti tempꝛe xpi: ⁊ cũ ve
nerit inuenit eã scopis mundatã ⁊ ornatam: vacabat enim iu
daicus ꝑplus· quia veniente xpo cessauit oĩs ritus legis coruz
circũcisio· sacrifitia et cetera cerimoĩalia. nec volũt exercitari ĩ le
ge xpi. Erat etiã mundatus ꝑplus ille scopis. scopa enĩ nõ tol
lit tenaces sordes sed supficiales. ita iudei mũdabant sola exte-
riora. intus erant sordidi Mat· 23· Ve vobis scribe et pharisei
ipocrite qui mundatis qđ deforis est calicis et parapsidis· intus
autem pleni estis rapina ⁊ immũdicia. erat nihilominꝰ iudai-
cus ꝑplus ornatus quibusdã exterioribꝫ obseruancijs diuine le
gis: et tunc vadit ⁊ assumit septẽ alios spũs: sicut virtꝰ spũs
sancti distinguit̃ in septem spũalia dona· Isa· 11· Ita virtus dia-
boli est in duobꝫ pñcipalibꝫ vicijs: nequiores se: vere vitium
nequius est diabolo· qꝛ diabolus sultẽ natũaliter bonus est· ꝫ
ipa vicia natura sunt pessima: et ingressi habitant ibi: incolũt
demones vt dicit Cris. peiores prioribꝫ iudaicam gentez. Naz
antiquitus seuiebant ꝯtra ꝓphetas· postea vero dñm ꝓphetaꝝ
occiderunt· ⁊ nunc in synagogis xpm blasphemant: ⁊ fiũt no
uissima· i· posteriora opa: hominis illius peiora prioribꝫ: ꝙ vͦ
hoc totũ de iudeis intelligendũ sit. ptꝫ ſm Mat· vbi sequit̃. sic
erit huic generationi pessime· non dubiũ est quin iudei fuerint
peiores tempꝛe xpi· ⁊ etiam tꝑe presenti q̃ꝫ vnq̃ꝫ fuerint. Et iđ
ſm Cris· peiora sustinuerunt a tyto ⁊ vespasiano q̃ꝫ vnq̃ꝫ fue-
rint passi in egipto vel babilonia ⁊c. Terciapars.

Ercio cũ dicit̃. Factum est aũt. tangit̃ laus venerabi
lis de humanitate xpi: Factum est aũt cũ hoc diceret:
rationabilr̃ et subtiliter eos ꝯuincens: extollẽs vocẽ
· i· in altum eleuans vocem. Accensa fuit hec mulier

suauitate verborũ xp̄i· vnde a laude se continere non potuit ·in
quo pꝫ q̃nta fuerit in ea mentis cõfidentia·qꝛ vt dicit Beda
scribis ⁊ phariseis temptantibꝫ dñm sic̄ et blasphemantibꝫ bea
titudinē incarnationis xp̄i hec mulier magna fiducia confitet̄·
quedam mulier de turba: semꝑ muliebris sex9 videt̄ esse deuo
cioꝛ. Hec mulier d̄ fuisse marcella ancilla marthe et panphilij:
dixit illi: beatificauit matrem xp̄i ex xp̄o·quia beatitudo prolis
redundat in m̄rem: Beatus venter qui te portauit et vbera q̄
suxisti: habuit xp̄us a virgine carnis sub̄am·quia verbuꝫ caro
factum est ex muliere vnde beatificat̄ venter virginis·quia sine
libidine ꝯcepit·sine grauedine portauit et sine doloꝛe peperit·
atqꝫ deum nobis ꝓfudit et hoīem. Item habuit xp̄s a virgine
lactis alimoniã·ꝑuo enim lacte pastus est·ꝑ quē nec ales esu-
rit vnde beatificant̄ vbera virginis·que cibũ pani·potũ fonti
victũ vite pꝛebebant. nec ista vbera nisi celitus erant lacte ple
na. Vnde canit̄ in ecclesia·saluatoꝛem seculoꝝ ipsuꝫ regem an-
geloꝝ·sola virgo lactabat vbera de celo plena. Igit̄ ꝫm Be-
dam dicamus ad laudem virginis verba Sedulij. Vere beata
parens enixa puerpera regem. qui celũ terramqꝫ regit ꝑ secula.
cui9 numen et eterno cõplectens oīa gyro. Imꝑium sine fine
manet·qui ventre beato. gaudia matris hñs cum virginitatis
honoꝛe. Nec primã silem visa est nec habere sequentē: L
Deinde tangit xp̄i responsio: At ille dixit·q̃nimmo beati qui
audiunt verbũ dei ⁊ custodiunt illud: Cris·non fuit inquit re
sponsum repudiantis m̄rem·ſ ostendentis ꝙ nihil ei partus
ꝓfuisset nisi ipsa virgo valde bona et fidelis fuisset. vnde illud
q̃nimmo vel p̄ot esse vna pars ⁊ tũc idem est ꝙ insuꝑ· et tunc
erit sensus·non solum beata est q̄ me portauit in vtero ⁊ lacta-
uit vberibꝫ·sed insuꝑ et beati sunt qui audiunt verbũ dei vnde
sp̄ualiter me portant in corde ⁊ custodiunt illud·vt ne verbuꝫ
quidem pereat in eis·nutriunt illud duobꝫ vberibꝫ· timoꝛis et
amoꝛis·vel illud q̃nimmo p̄ot esse due ꝑtes·quin ꝓ sed·immo
·i·pocius·⁊ tunc est sensus·nõ solũ beatus est venter q̄ me poꝛ-
tauit et vbera que suxi·sed pocius beati sunt: qui audiunt ver
bum dei: qꝛ deus poꝛtat oīa verbo virtutis sue Heb·i·et omia
cibat Deut̄·8·non in solo pane viuit homo sed in omni verbo
quod ꝓcedit ab oꝛe dei: ⁊ custodiunt illud: ne rapiat̄ a coꝛdi-
bus eoꝝ. Nec ꝓpter hoc sancti audientes verbum dei· poci9 sũt
beati q̄ꝫ beata virgo que ip̄m portauit in vtero·quia ⁊ ip̄a vir
go diuinum verbũ in corde portauit. put dicit̄ Luc·2·ꝙ ꝯser-
uabat oīa verba hec ꝯferens in corde suo. Sed tñ vt dicit Aug·

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN